





Pub. 77. num. 7. Pa. 2. 17.
DISSERTATIO INAUGURALIS
DE

NEUTRALITATE

STATVVM IMP. R. G.
IN BELLO IMPERII

ILLICITA.

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

P. 106
GVILIELMO HENRICO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGAR. ET
WESTPHAL. COMITE SAYNE ET WITGENST. RELIQA.

PRAESIDE

DIETERICO HERMANNO
KEMMERICHIO, ICTO,

SERENISS. SAX. DVCVM STIRP. ERN. CONSILIAR. AVLICO CODICIS
ET NOV. PROF. P. CVRIAEE PROVINC. SAX. FACVLT. IVRID.
ET SCABIN. ASSESSORE, H. T. DECANO,

PATRONO ET PRAECEPTORE SVO

OBSERVANTISSIME COLENDO.

PRO LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES

AC PRIVILEGIA DOCTORVM RITE CONSEQVENDI,

AD DIEM VIII. JANVAR. A. M DCC XXXV.

PUBLICO EXAMINI SVBMITTIT

JOHANNES ADOLPH. WILHELMVS
A GOHREN,

IENENSIS.

JENAE, LITTERIS MULLERIANIS.



DISSERTATIO IN AVOGARIIS

NEUTRALITATE

STATVM MR. R. G. IN BELLO

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI

GUILIELMO HENRICO

DUCE PARONIE PALACI CIVIS MONTVM ANGAR ET
VITINIALI COGNATE SATE ET WITONIS RENEVA

DIETERICO HERMANNO

KRUMMERIOHIO

PATRONO ET PRAEFECTO

PRO LICENTIA

JONANNES ADOLPH. WILHELMVS

A GORREN

LEIPZIG





Inter Gentes, harumque Prin-
cipes, commune quidem So-
cietatis vinculum, existit, quo
omnes, lege Dei naturali
præcipiente, ad communem
Salutem provehendam, inter
se colligantur. Sed postquam
moribus inter Gentes invaluit, per bellum jus su-
um adversus se invicem persequendi: hoc quoque
usu venire suevit, ut alii quidem Populi, fœdere
pacto, alterutri belligerantium parti se socient,
alii vero neutras sequantur partes. Hinc NEU-
TRALITATIS, (a) quam vocant, status enascitur,

A 2

inter

(a) Vox, *Neutralitas*, aurex quidem latinæ linguæ æta-
ti ignota, usu tamen in negotiis publicis, styloque gen-
tium curiali hodie recepta est. Proinde, qui in Romanis
historiis *Medii*, moribus nostris, *Neutrales* audiunt. Sa-
tyrice de hac voce disserit *Autor libelli*, cui titulus; *Die
alte Wahrheit mit einem neuen Titel: Es sey in dem*

inter belligerantium statum medius, vi cuius bello inter Principes Populosve enato, alii, licet utrique bellantium parti vicini, a bello tamen abstinent, atque adeo neque hostes alterutrius sunt, neque socii, parique humanitatis officia utrique parti exhibent, & ab utraque parte expectant (b).

§. II.

Duplici vero potissimum ratione fieri potest, ut *Neutralitatis* status existat: Primum *ipso jure & facto,*

Parnas die Frage entstanden, weil das Wortlein neutral undeutsch sey, wie mans aufs beste deutsch geben möge? Als habens etliche verdeutschet, Keinerley, das ist, weder Fisch noch Fleisch, sondern ein verdeckt Essen Krebs, die eben so hinter sich als vor sich gehen; Andere habens verdeutschet, beyderley, weil sie gemeiniglich auf beyden Achseln tragen; Andre, untreu, weil sie keinem Theile trauen, und kein Theil ihnen trauet; Andre habens davor gehalten, neutral sey so viel, als gut. Spanisch, bemühe man sich also vergebens, dem Kinde einen deutschen Namen zu geben. I. H. BOECLERUS, latina voce desitutus, circumscriptione uti, atque *Quietem in turbis* hunc statum appellare maluit in *Diff. Grotiana V. hoc titulo insignita.*

(b) Conf. IOH. WOLFGANG. TEXT, *Synops. Jur. Gent. Cap. XVI. u. 2. ubi tamen, ex hypothese, mox sub svo II. allegata, quasi Neutralitas proprie stricteque dicta pactum requirat, eam sequentem in modum definit. Neutralitas nihil aliud est, quam Jus equalis amicitiae erga eos, qui bello decertant, consensu vel pacto obfirmatum. PHILREINH. VITRIAR. Inst. J. N. & Gent. Lib. 3. C. X. qv. 2. ubi Neutralitatem describit statum, in quo belli societatem declinamus, & nos inter bellum gerentes quictos tenemus. Add. I. G. KVLPIUS Colleg. Grot. Exerc. XIV. CHR. GOTH. FRANKENSTEIN de His, qui Neutras in bello partes sequ. th. 1.*

facto, dum quis nullo facto suo sese bello, quod inter alios geritur, immiscet, adeoque ipso jure, naturali puta, ab hostili invasione tutus est, nec opus habet, pacto sibi hoc nomine quidquam stipulari: cum nihil juri naturali sit convenientius, quam ut is, qui alios non lædit, nec ab aliis lædendus sit. Sed hanc non nisi in generaliore sensu Neutralitatem appellari, nonnulli existimant (a).

A 3

§. III.

(a) Ita existimat IO. WOLFG. TEXTOR in *Synopsi Jur. Gent. Cap. XVI. n. 1. 2.* ubi ait: *Hæc vero media vel neutralis conditio, de qua hic loquimur, ex pacto est, nec mere Jure circa pactum subsistit. Etsi enim hæc generaliore significatione etiam mediis aliqui vel neutrales dici possint, ut supra vocabulum pacis distinximus, v. gr. quoad bellum nuperum Germanico-Gallicum, Rex Polonia, Magnus Dux Moscovie & alii Principes, eo sensu neutrales dici poterunt, quod partium belligerantium a neutra parte fuerint socii: proprie tamen & ex usu Juris gentium loquendo hi soli neutrales sunt, quibus media ista conditio consensu vel pacto fuit concessa: inde enim demum officitur, ut alicui liceat medio esse, vel neutrali, h. e. sese amice gerere ex utraque parte erga eos, qui invicem hostes sunt. Facit cum eodem PH. R. VITRIARIUS, qui I. c. ad questionem; An omnis, qui non sequitur alterutram belligerantium partem, est neutralis? respondet: Affirmatur in sensu generaliore, quatenus non est socius alterius, & sic neutrarum partium ratione belli, ratione autem amicitie & Jurium, quæ inde fluunt, socius utriusque, & erga utrumque æquum se præbet. In sensu stricto isti dicuntur neutrales, quibus media ista conditio pacto vel expresso vel tacito est concessa. At enim vero consensus belligerantium ad neutras a vicinis partes servandas, haud necessarius esse videtur, nisi in certis casibus, quemadmodum ex dictis suo hoc li. & sequentibus facile liquet.*

§. III.

Deinde pacto vel fœdere inito, partis neutrius conditio contrahitur. Vel enim belligerantium interest, Populum vel Principem, quem ipsi socium vel auxiliatorem habere nequeunt, saltem hostis socium atque auxiliatorem haud experiri: adeoque e re sua esse ducunt, fœdere ic̄to, eum ad neutras partes sequendas obstringere. Interdum etiam propriæ salutis cura exigit, fœderibus cum utroque belligerantium initis, saltem ex abundantî cautela, securitati suæ prospicere, ne bello improvidus implicetur vicinus, atque sic præda belligerantium fiat terra sua. Interdum vero mediî hujusmodi Populi interest, ut provincia hæc vel illa, ad unum ex belligerantibus spectans, a belli calamitate immunis servetur, & hinc neutralitatem eidem stipulatur. Atque hæc *proprie* & in *strictiori* sensu *Neutralitas* dici censetur (a).

§. IV.

Sed illud jam operæ pretium fuerit disquirere, utrum, bello decertantibus Populis nonnullis, alii Populo vel Principi, præsertim finitimo, *neutras sequi partes*, atque adeo otiosum veluti ac tranquillum belli inter alios gerendi spectatorem agere liceat? Distincte hic pronuncian- dum erit. Quod si enim Populus iste vel Princeps *sui juris* sit, ita, ut Superiorem non habeat, nisi DEum; certe is nullo modo cogi poterit, ut aliorum sese immiscere

(a) V. TEXTOR I. C. & VITRIAR. I. C.

ſceat bello, ad ſe non ſpectanti (a). Cum enim in ſtatu libertatis naturalis quilibet rerum ſuarum ipſe ſit moderator & arbiter: ipſius ſane, non alterius, erit, arbitrari, quid, propriæ vel alienæ ſalutis tuendæ aut promovendæ cauſa, ſibi agendum vel omittendum ſit (b).

§. V.

Neque etiam ulla Lex DEI naturalis datur, quæ talem Populum absolute & indiftincte ad arma cum aliis ſocianda obſtringat. Licet enim Leges *Socialitatis*, quam vocant, præcipiant, ut quis commoda aliorum vitæ ſociorum promoveat, incommoda & damna avertat, atque adeo injurias alteri ab altero illatas ab eodem propulſare conetur: attamen hujusmodi lex tantum ad officia humanitatis ſpectat, qualis in praxi sæpe varias, pro varietate circumſtantiarum, exceptiones limitationes & reſtrictiones patitur. Primum enim ſine dubio

(a) Eandem ſententiam tuetur I. H. BOECLERVS in Diff. *Quies in turbis p. m. 877.* ubi propoſitam quæſtionem, an illi, qui tam bonis & neceſſariis conſiliis (in præcedentibus expoſitis) ducti, ſocietatem bellicam declinant, Jure cogi poſſint, ut partibus accedant? recte negat, ratus; Demis paſſionibus & fidei vinculis, armorum ſocietatem exigentibus, Jure naturæ & gentium liberum eſſe cuique debere, armis aliorum abſtinere, & inter diſſidia externorum quieſcere: Sed & Fœdera, etiam bellica, ſua natura libertatis eſſe & conſilii, non neceſſitatis & præcepti. Quam & amplectitur & pluribus ediſſerit FRANCKENSTEIN in Diff. ſup. laud. *ib. 2. & ſeqq.*

(b) V. HOBBS *de Cive. C. I. §. 9.*

dubio præponendum, ut alter, qui juvare tenetur alterum, ex parte hujus de *justitia cause*, ex parte alterius vero de *injustitia* ejusdem, certo persuasus sit (a): quod tamen sæpe difficillimæ obscurissimæque disceptationis est. Deinde vero & *proprie salutis* ratio cuique habenda. Neque enim existimandum, leges socialitatis homines obligare ad commoda aliorum promovenda, ita, ut simul propriam salutem in præsentissimum adducat discrimen (b). Prius igitur si fuerit certum, posterius vero haud metuendum, atque adeo vires suppetant sufficientes, alteri injurias patienti cum successu opem ferendi: tum demum existimandum videtur, alterum vitæ socium utique saltem in conscientia obligari ad hoc officium humanitatis alteri præstandum; licet hic jure suo ab eodem istud exigere nequeat. Idem sæpius prudentia ac propriæ salutis ratio non tam suadet, quam jubet: Scilicet, ubi vel minus tutum videtur, inter arma undi-

(a) Quod & innit, haud dubie BESOLDVS, in *Diss. de Fœderum Jure Cap. VIII.* quod de *Neutralitate*. ac item de *Auxilio petendo atque ferendo* agit, §. 3. scribens: *Nunquam etiam (Resp.) se jungat, nisi cum eo, qui DEum socium habet.*

(b) Quocirca etiam prudenter monitum a I. H. BOECLERO in *Diss. Quies in turbis*, p. 875. quod tum quoque quiescere sua quosdam infirmitas jubeat: addita ratione; *Si enim nullum possunt momentum facere, vel ad se tuendos, vel ad alios juvandos, sed expositi sint cujusvis occupantis viribus, rectius aliquis dixerit & consultius esse, expectare, quam irritare fortunam.*

undique circumjecta nobisque imminetia proxime, utriusque belligerantis invasioni expositas terras nostras tenere medias (c), vel commune periculum, cum victo ac oppresso vicino, a victore potente ac injusto metuendum (d).

§. VI.

Alia erit ratio, si summus aliquis Princeps, aut Respublica libera, *fœdere* inito, atque fide publica interposita, terras alterius Principis tuendas atque injurias propulsandas in se receperit. Tunc enim sanctissimum istud societatis humanæ vinculum, pactum, inquam, quo fœdus coaluit, ipsa lege DEI naturali ita jubente, adimplendum, at-

B que

(c) Atque adeo illis similes sunt: *quali habitano nel primo palco della casa; che daqvelli di sotto, sono travagliati col fumo, da quei di sopra, con l'urina: quod de Senensibus, in quodam Italiæ bello neutrales sese gerentibus, olim dixit ALPHONSVS Neapolitanus, apud BOTERVM de Detri fol. 15. b. Idem censuit I. H. BOECLERVS in Diss. Quies in turbis, scribens: Quid enim tutum sibi inter arma undique circumjecta & eminentia speraverint? Neutras partes sequantur? non minuent belli pericula, sed augebunt, & utrisque præda ac direpti erunt.*

(d) Eadem est sententia BESOLDI, dum l. c. ait: *Media item via hic est declinanda, ubi periculum interitus & ruina alterius & tibi communis existit. Idemque hinc IO. ALTHUSII approbat scitum, qui Polit. Cap. 34. ad fin. ita scribit: Non semper est prudentiæ, nolle cum vicinis in bello periclitari: Sed tunc id tutum erit, quando extra teli jactum, etiam post ruinam vicinorum, poteris esse tutus: alioquin quiescere minime nobis prodest, ubi vicini populi ruina & funus ad nos usque pertingere potis est &c.*

que fides data servanda est. Idque eo valet, ut etiam alter, invasus nempe, ab altero foederato promissum auxilium sibi præstandum jure optimo maximo exigere, foederatus vero non sine summa injuria & iniquitate istud alteri denegare possit.

§. VII.

Rursus aliter sentiendam de Principe, aut Populo, alterius *Imperantis* Supremæ Potestati *sub-jecto* Qui enim alterius imperio sese subjicit, hætenus juri suo renunciat, ut non ex suo, sed alterius, arbitrio vivere & agere oporteat (a) Hinc si bello impetatur Imperans, cujus ipse subditus est, neutras amplecti partes eidem neutquam licet: Cum sua, qua Imperanti suo suæque Reip. devinctus est, fides & obedientia, eum utique obstringat, ad arma contra communem hostem capienda, atque adeo communem salutem unita cum aliis civibus vi atque ope promovendam (b). Quocirca Imperanti summo, vi summæ, qua pollet, potestatis, jus omnino competet, Populum hujusmodi, ejusve Dominum, sibi subjectum, dignitate

(a) v. HOBBS de Cive C. V. §. 6. seq.

(b) Unde Cives hujusmodi, qui arma cum Civibus adversus hostem Reip. jungere detrectant, hostiumne potius, quam civium numero sint habendi, aliquando dubitatum: Certe Domitius, consultante Cn. Pompejo de mediis ac neutram partem sequentibus, censuit, hostium numero habendos, apud SVETON. in Nerone c. 2. sicut e contrario IULIUS CAESAR, denunciante Pompejo, pro hostibus se habituram, qui Reipublica defuissent; ipse, mediis & neutrius partis, suorum sibi numero futuros, pronuntiavit, apud eund. SVETON. in Jul. Caf. c. 75.

tate licet insigni conspicuum, vel invitum ac reluctantem cogendi, ut vires suas, ad illum, quem ipse hostem Reip. declaraverit, armis coercendum, itidem impendat, pœnisque irrogatis neglectum officium vindicandi. (c) Id quod ex natura subjectionis atque Summi Imperii indole facile est ad intelligendum.

§. VIII.

De *Vasallo* denique, qui non est subditus, an, in bello Domini neutras sequi partes, integrum ei sit, paucis quoque dispiciendum. Et non esse integrum, sed a partibus Domini standum, atque adeo fidele huic auxilium adversus hostem præstandum esse, ex regula quidem asserere non dubitamus. Equidem ex natura subjectionis hanc obligationem repeti non posse, cum de Vasallo, qui non est subditus, quaeratur, palam est: At repetendam tamen esse ex feudali, qui inter Dominum & Vasallum intercedit, nexu, atque fidelitate invicem promissa, facile liquet. Ad substantiam enim Feudi pertinere obligationem maxime Vasalli ad *Fidelitatem* Domino pro beneficio

B 2

con-

(c) Huic enim officio suo qui deest, subditus, violatae fidei, imo perduellionis, reus fit, graviore pœna merito coercendus. Cujusmodi perfidiam dirissimo supplicii genere luit METIVS SVFFETIVS, Albanorum dux, non ita pridem cum populo suo, ex foedere solenniter icto, Romanorum imperio subiectus; quippe qui, quod *animam inter Fidelitatem Romanamque rem ancipitem gesserat*, IVLLI HOSTILII jussu, *quadrigis distractus fuit*, v, LIV, L. 1. Hist. cap. 39.

concesso præstandam, Juris beneficiarii Doctoribus in confesso est. (a) *Fidelitas* autem hæc quod in promovenda ac tuenda salute corporis, vitæ, famæ & bonorum Domini, inque avertendis totidem malis, consistat, ex feudalibus placitis itidem tralatitium est (b). Cumque *Fidelitas* hæc per *servitia* potissimum *militaria*, quorum intuitu & feuda imprimis Longobardica ut plurimum concessa sunt, sese exerere soleat, (c): patet, minime adimpleri officium fidelis vassalli, nec fidelitati Domino debitæ satisfieri, si Vassallus medium se inter Dominum & ejus hostem gerere, atque adeo debita servitia auxiliæ Domino adversus hostem ejus denegare velit. (d)

§. IX.

Jam ad caput causæ devolvimur, *STATIBVS*, scilicet *IMPERII* nostri *R. G.* utrum in *bello Imperii* neutras amplecti partes liceat, nec ne! disquisitioni. Quæ quæstio uti generalis est, atque ab aliis Juris Publici Doctoribus jam in Systematibus suis vel

(a) v. II. F. 3. in f. 6. 7. 23. in fin. Add. G. A. STRUV. *Synt. J. Feud. Cap. II. Aph. 3. n. (6) & Aph. 5. H. COCCEI. J. Feud. Hypom. Tit. II. §. 5. 6.*

(b) v. II. F. 5. & seq. J. Alem. C. 4 & seq. Quo & spectat formula jurisjurandi feudalis: *Ihrem Herrn treu und hold seyn, dessen Schaden warnen, bestes fördern, und alles thun, was ein getreuer Lehmann seinem Lehn-Herrn von Rechts- und Lehns-Verwonheit wegen schuldig ist.* Add. STRUV. *Cap. XI. Aph. 5. COCCEI. l. c. Tit. VI. 20. 21. SCHILT. Inst. J. Feud. Cap. III. §. 6.*

(c) v. STRUV. l. c. *Cap. XI. Aph. 5. n. 1. & seq.*

(d) Add. FRANCKENST. l. c. §. 9. seq.

vel Compendiis tacta (a): ita & nos generaliter tantum, & in thesi, ut ajunt, ex generalibus Juris Publici principiis, ac Legibus Imperii fundamentalibus, eam edisseremus; abstrahendo ab iis, quæ ad speciales singulorum rationes pertinent, neque adeo in hypothesi, ut loquuntur, de his, quæ superiori subjacent Judicio, temere quidquam definiendo.

§. X.

Ad *Bellum vero Imperii* cum quæstio duntaxat spectet, præmonendum, hoc nomine nobis venire bellum, quod non solum Imperii causa ab Imperatore susceptum, sed & ante omnia communi Imperatoris & Statuum consensu comitali, & quidem adversus exterum Regem aut Populum, decretum ac declaratum est, atque adeo Imperatoris & Imperii nomine ac auspiciis geritur. Vnde patet, sermonem nobis haud esse de bello, quod Imperator suo tantum nomine, Domus suæ Austriacæ, ac ditionum hereditariarum, causa, gerit. Ceterum nihil interest, siue defensivum istud, siue offensivum bellum, scilicet ratione modi gerendi tale, fuerit: siquidem offensivum ratione causæ tale, ubi alter alterum, sine prævia offensione, ad eoque sine justa causa, aggreditur, Imperium suscepturum, haud præsumendum.

B 3

§. XI.

(a) V. PHIL. RHINI VITRIARII *Instit. J. Publ. L. 3 Tit. XIX. § 141.* III. *Spec. J. Publ. L. 3. Cap. II. § 63.* HORN. *J. Publ. Prud. Cap. IX. § 22.* PRAES. *Intr. ad J. Publ. J. R. G. L. 7. C. VIII. § 9.*

§. XI.

Bellum Imperii ubi legitime decretum, atque numerus militum, ad Exercitum Imperii constituendum necessarius, modusque illum cogendi, definitus est: omnes & singuli *STATUS IMP.* ad militem suum, eumque omnibus instrumentis bellicis, rebusque necessariis instructum, pro rata sua, *das Reichs-Contingent*, vel in matricula Imp. cuilibet assignata, vel, distributione per Circulos facta, placito cujusque Circuli determinata, mature sistendum; Circuli vero dein ad copias, e Statuum suorum Circularium manibus collectas, ad locum, congregationi Exercitus Imperialis, vel operationibus bellicis destinatum, atque a Duce Exercitus designatum, quantocyus itidem submittendas, non minus ac Collectas Imp. ad impensas belli necessarias, inque comitiis itidem decretas, curate solvendas, *obligantur*. Quæ Statuum *obligatio* tum communi juris publici vinculo nititur, quo quilibet Status Imperii, ad Salutem Imperii pro virili sua promovendam, obstringitur. (a): tum imprimis

(a) Fluit hoc ex principiis *Juris Naturalis*, cumprimis *Juris Publici Universalis*, dum in inqualibet Societate Civili *Salus Reipublica* *suprema Lex est*, quæ adeo & Caput & Membra Reip. obligat. Conf. Dn. I. H. BOEHMER, *Introd. in Jus Publ. univ. P. Spec. L. 1. Cap. III. §. 5.* Hinc ergo totam Civitatem officium boni Civis est, ut ejus salute & incolumitate nihil habeat carius: ut vitam, opes, fortunamque suas, ad eandem servandam, libenter offerat: ut ad eandem illustrandam, ejusque commoda promovenda omnes ingenii & industrie nervos intendat. v. PUFEND. de officio H. & Civ. L. 2. Cap. XVIII. §. 4. Eadem igitur Lex universalis sine dubio

mis Decreto Imperii comitali, de bello hosti Imperii inferendo, facto; quippe quod, instar legis, omnes & singulos Imp. Status, ad ea scilicet, quæ ita decreta sunt, observanda atque exequenda haud dubie obligat. (b) Firmat quoque eandem obligationem

etiam Status Imp. R. G. stringet. Agnovit hoc D. IO. FRIDERICVS, Elector Saxoniae in *Apologia* sua apud HORTLED. Von Ursachen des Deutschen Krieges, L. 4. Cap. IX. §. 172. §. 99. ubi ait: Daß ein jeder Churfürst und Stand, nebenst Kayserl. Majestät Verwandt, auch dem Reiche mit seiner Pflicht verwant sey; Wie die Wahrheit ist. Et mox explicat obligationem erga Imperium: Das ein jeder Kurfürst und Fürst schuldig und verpflichtet sey, durch göttliche ehliche Wege das fürzuwenden, was zu Erhaltung Desselben Reichs gemeinen Standes und Stats, und seiner hergebrachten Gerechtigkeiten und Freyheiten, Ruß und Noth ist, und sßiglich abzuwenden und zuvor zukommen helfen, was zu Zerrüttung solcher hergebrachten Libertäten und Freyheiten gereichen wolte. Ceterum ad Salutem Imperii etiam pertinere, ut istud adversus invasiones hostium defendatur, atque adeo Securitas ejus externa facta tecta fervetur, nemo negabit.

(b) Diserte ita jubet *Recessus Imp. Noviss. §. 6. ibi*: Es sey demnach, ordnen, wollen und gebietzen, allen und jeden, Hohen und Niedrigen, Geistlichen und Weltlichen, Dyn- und Mittelbaren, sie seyn Stände des Reichs oder nicht, hiemit ernstlich, und bey Vermeydung deren in ermeldten (Westphäl.) Frieden-Schluss beygefügeten Straffen und Bönen, daß alles Dasjenige, was darin und in alten deren Puncten und Articulen enthalten, auch nach demselben, und bey gegenwärtiger und künftiger allgemeiner Reichs-Versammlung, zu Dessen allen mehrerer Handhab, Execution und Befestigung, ferner vor gut befunden und beschloffen worden, oder noch beschloffen werden mögte,

gationem sæpe specialis quædam *Sanctio pœnalis*, qua Leges Imp. hujusmodi officia Statibus Imp. injungentes, muniri solent, quæque pœnas fatis graves negligentibus hac in parte officium minuitur (c).
 §. XII.

vor ein gegebenes Fundamental-Gesetz des Heil. Reichs und innerwährende Nichtsehnur, und ewige norma judicandi, statt Best und unverbrüchlich gehalten, demselben allerdings richtiglich nachgesehen, von Niemand wes Würdens, Stands oder Wesens Der auch seye, mit Rath oder That, öffentlich oder heimlich, dem entgegen gehandelt werden solle. Ex quo argumentum ad omnia reliqua Imperii Decreta merito ducitur. Add. SCHWEDER. *Intr. in Jus Publ. P. General. Cap. III. §. 7.*

(c) *Qualis extat in Recessu Imp Norimb. de A. 1542. §. 24. ibi:* Würde aber Jemand, er sey Churfürst, Fürst, Geistlich oder Weltlich, Prälat, Graff, Herr, von der Ritterschafft und Adel, oder auch von den Frey- und Reichs-Städten, an Schickung seiner Anzahl Kriegs-Volck, so Ihm als obsteht, zu dem Zuzug aufgelegt, oder auch an Schickung und gebührender Unterhaltung seiner hiebevorn, laut des Speyerischen Reichs-Abschieds, aufgelegten Anzahl Kriegsvolcks, oder anderem, so ihm nach Sage desselben Abschieds, oder dieser Ordnung zuehnen gebühret, saumig oder ungehorsam seyn, derselbig (wo er ein Geistlicher ist) soll damit alsobald alle seine Privilegia, Schutz und Schirm, die er von Kayserl. Majest. deren Vorfahren, und dem Heil. Reich hat, verwickelt haben, deren privirt und enisset seyn. Ist aber der Ungehorsam oder Verbrecher Weltlich, so soll er dadurch in der Kayserl. Majest. und des Reichs Acht gefallen seyn, und der Kayserl. Fiscal sol, zu Erklärung solcher Pön und Straff, gegen denselben Ungehorsamen ohn allen Verzug procediren und vollfahren, und im fall ihres beharrlichen Ungehorsams, sol sie auch der oberst Feldhauptmann, mit der dazu nothwendigen Anzahl Kriegs-

§. XII.

His ita præmissis, de *NEUTRALITATE STATVVM IMP. R. G.* facilius erit ad pronuntiandum. Duplici autem potissimum modo evenire potest, ut Status Imp. in bello Imperii neutras teneat partes. Primum, si, licet hostibus Imperii sese haud jungat, nec tamen cum Imperatore & Imperio arma societ, neque adeo copias suas circulares ad exercitum Imp. mittat, sed suis tantum rebus domi invigilet. Deinde, si, foedere cum hoste Imperii inito, securitatem ab eo sibi terrisque suis stipuletur, ac vicissim quietem armorum suorum eidem polliceatur, atque adeo itidem nulla Imperatori & Imperio auxilia præstet, de cetero eadem hostilibus militibus, quæ Imperialibus, in terris suis permittat. Et *neutro modo*, ex regula quidem, *neutras in bello Imperii partes servare, Statibus Imp. jure propitio integrum esse videtur* (a).

C

§. XIII.

Dolck überziehen und Straffen, immassen der obberühret Züngst Speyerische Reichs Abschied von solcher Straffe weiter ausweist.

(a) Eandem sententiam tuentur Auctores supra laudati. Ita PH. R. VIIRIARIUS in *Inst. J. Publ. L. 3. Tit. XIX. §. 141.* ubi, *Statibus Imp. quidem pro lubitu neutrarum partium esse posse*, asserit: mox tamen addit: *dummodo NEUTRALITAS non tendat vel contra Imperatorem, quæ talem, vel Imperium. J. P. a. 8. Hoc enim in casu neutrarum partium esse non possunt. Imo cogi possunt ab Imperatore & Imperio, ut neutrarum partium non sint.* Rotunde etiam sententiam suam desuper ita explicat GOTTL. GERH. TITIVS in *Specim. J. Publ. L. 3. C. VIII. §. 36.* *Si Imperium bello prematur externo, non licebit Statibus esse neutralibus, nisi consensu totius Imperii.* Facit cum eo CASP. HEINR.

§. XIII.

Palmarium hujus sententiæ fundamentum merito censendum, quod Neutralitas ejusmodi Statuum Imp. in Legibus Imperii diferte improbata fit ac severe prohibita (a). Idque ex duplici ratione

HORNIVS in *J. Publ. Prud. Cap. IX. §. 22.* ubi ait: *Ceterum si bello cum exteris Imperium totum implicetur, juxta modum prescriptum patriæ adesse debet quilibet, nec neutras partes eligere potest, nisi consensu Imperii.* Idem sentit Illustr. DN. AD. FRID. GNAFER im *Bernunft- und Völkerverrecht Lib. 6. Cap. V. §. 24.* verb: *Endlich ist bey dem Punkt, wer neutral bleiben dürfte oder nicht zu consideriren, daß in einem dergleichen Staat, als das Deutsche Reich ist, keinem Stand neutral zu verbleiben vergönnet sey, wen das ganze Corpus einen Reichs-Krieg grundgesetz-mäßig declariret hat.* Nec non IO. IAC. MASCOV. in *Diss. de Bello Solenni Imperii Sect. I. §. 20.* ubi scribit: *Jam ex dictis fluit, in bello imperii, nulli Statui neutras fovere partes jure permissum esse.*

(a) v. R. I. Ratisb. de A. 1641. §. 86. & 87. ibi: *Und demnach die vorerwähnten Ständen vor sich selbst angemachte Neutralitäten dem Römischen Reich sehr schädlich, den Feinden desselben aber, zu continuirung des Krieges, über die massen behülfflich und vortrüglich, zumahlen ein jeder Churfürst und Stand, vermöge des Land-Friedens, auch dessen Handhabung und darauf fundirten Executions-Ordnung, wie auch andern Reichs-Constitutionen, das H. Röm. Reich, sowohl von auswärtigen Feinden, mit und neben Uns, aller Möglichkeit nach, beschützen und defendiren zu helfen, auch die dazu nothwendige Mittel, pro quota beizutragen schuldig und verbunden ist, und umb deswillen Churfürsten und Stände, auch der Abwesenden Raths Vorkassieren und Gesandten vor hochnothwendig ermessen, daß dergleichen angemachte Neutralitäten expresse castiret, abgeschafft und präffliglich verboten werden, nach solches umb soviel mehrers, aldiemweil in*

ne gravissima. Principio quod Neutralitas ista Imperio sit valde *noxia*, *salutisque* ejus oppido *adversa*: dum Imperium, a Membris suis destitutum, atque necessariis auxiliis denudatum, indefensum relinquatur, hostiumque, audaciorum hoc pacto redditorum, irruptionibus exponatur, atque adeo ruina ejus, & oppressio reliquorum Statuum fidelium promoveatur; cum e contrario si omnes & singuli Status unitis viribus communi Imperii hosti obviam irent, & sua Imperio securitas, & antiqua Germanicæ Nationis gloria, integra semper ac illibata esset peritura. Deinde, quod eadem & obligationi Statuum, vi cujus hi, ex præscripto Constitutionum de Pace Publica servanda atque tuenda, nec non ordinationis Executionis, aliarumque Constitutionum Imperialium, Imperium adversus internos externosve hostes defendere tenentur, e diametro sit adversa (b). U-

C 2

trum-

den Reichs-Verfassungen nicht zu finden, daß einigem Stand aus was für Ursachen, Ehehafften und Noth, dasselbe auch seyn möchte, zugelassen worden, in allgemeiner Noth und Gefahr des Vaterlandes von dem andern sich abzusondern. Also setzen ordnen und wollen wir, daß nicht allein die von etlichen Ständen allbereit angemachte und unzulässige höchstschädliche Neutralität, darunter die von uns etlichen Chur- und Fürstl. Wittiben beschehene Verwilligung nicht gemeynt, ganz und zumahlen aufgehelt seyn solle, Allermassen wir solche hiemit, und in Kraft dieses gänzlich aufheben, sondern daß auch hin-
fürho einiger Stand des Reichs, wer der auch seye, ohne unser Vorwissen und Genehmhaltung, sich in dergleichen höchstschädliche Neutralitäten nicht einlassen sollen.

(b) Quibus de causis procul dubio & in Placitis Impe-

trumque argumentum haud dubie magni erit momenti apud cordatiores Imperii Status, quibus Salus Imperii, a qua & salus cujusque propria pendet, cordi est, quique, contra Leges Imperii quidquam admittere, religioni sibi ducunt (c).

§. XIV.

Proximo loco considerari meretur, quod Status Imp. *Membra* sint *unius Corporis Civillis*, imo *Christiani* (a), *Cives*, inquam, *unius Reipublicae*

rii novioribus de A. 1687, m. Febr. nec non A. elapsis 1734-
m. itidem Febr. quibus bella adversus Gallos, eorumque
affectas, decreta sunt, Imperialibus Decretis dein confir-
matis, nullam cuiquam Neutralitatem permittendam, sanc-
tum: testantibus Placiti novissimi verbis; *Wobey nach*
Innhalt des Reichs-Gutachtens vom 4. Febr. 1689, weiter
beschlossen worden, daß keine Neutralität, unter was prä-
text und vorwand es auch immer seyn könnte, zugestatten sey.

(c) Hinc male audivisse Moguntinum Praesulem apud
Imperii Proceres, quod anno 1788. d. 17. Oct. Galliarum
Regi neutralitatem obtulerit, observat PFEFFINGERVS in
Vtr. Illustr. L. 3. Tit. XIX. §. 141. not. (a).

(a) Ita Imperium vocatur in *R. I. de A. 1512. pr. ibi*: Uns
mit des Heiligen Reichs Ständen, und Sie mit Uns, nach-
folgende Artikel und Meynung, als ein Christlich Corpus
und Versammlung, gegen und mit einander vereiniget und ver-
pflichtet und vertragen. Hinc Imperator *Caput Imperii* pas-
sim in Legibus Imperii salutatur, veluti in *R. I. de A. 1506. §.*
Und nachdem dan auch *Et. in fin. ibi*: Wir dan als Röm-
ischer Kayser und das Oberhaupt im Heiligen Römischen
Reich. Status vero Imp. *Membra* Imperii itidem pas-
sim appellantur, ut in *R. I. de A. 1512. §. 2. ibi*: Und als Röm-
ischen Kayser, das Heilige Reich, oder die Glieder desselben,

blica (b), cui non uno *nexus* genere, sub CAPITE suo,
C 3 arctis-

die denselben anhängen und gehorsam sind. & in *R. I. de A. 1542.*
§. wiewohl ibi: Christliche Glieder des Reichs.

(b) *Unam Rempublicam* adhuc esse Imperium, qua Regnum Germanicum, si scilicet universum hujus Imperii sive Regni Corpus intueare, non prorusus negandum: licet singula ejus Territoria, cum suis Dominis, totidem Respublicas speciales repräsentare videantur. Siquidem Corpus istud Imperii unum nihilominus *Caput* supremum habet, Imperatorem, puta, qui vera Majestate gaudet, hujusque jura, alia quidem, eaque potiora, nonnisi consensu omnium Statuum comitali, alia consensu Electorum, alia denique solus, sine cujusquam consensu, per universum Imperium exercet. Vnde saltem pro exacto proprietate dicto Systemate liberarum independentiumque prorsus Rerumpublicarum, non nisi foedere quodam inter se colligatarum, Imperii Germanici Corpus venditari nequit: quamvis si Territoria, Corpus hoc constituentia, horumque Dominos, spectes, nonnihil ex systemate trahere videatur. Agnoverunt quoque Status Imp. ipsi hanc unitatem Reip. passim in Actis publicis. Testantur hac de re verba Legatorum Brunsvico-Luneb. in Comitibus A. 1641. prolata, apud LONDORP. *Act. Publ. T. IV. n. 143. 154. 158.* Daß die Catholische im Reich, neben denen Evangelischen, dieselben neben jenen, als Cives unius Reipublicæ, und Glieder eines Leibes und Reichs, friedlich und schiedlich mit einander zu leben, und des lieben Vaterlandes Wohlfarth einmüthig zusammen, und untereinander zu beobachten hätten. Quæ sententia & ab aliis Electoribus & Statibus comprobata est. Conf. KULPIS. *Diss. de Unitate Reip. in S. Rom. Imperio, speciatim Cap. II. §. 6 & seqq.* ubi ex instituto hoc argumentum edisserit, quamvis paulo obscurius unitatem istam explicet. It. HORN. *J. Publ. Prud. Cap. XIII. §. 3. seqq.* & PRAES. *Introd. ad J. Publ. L. 5. Cap. I. §. 22.*

artissime sunt uniti (c). Hinc uti Salute totius Corporis etiam Salutem singulorum Membrorum contineri, & periclitante totius Corporis salute, etiam singulorum Membrorum salutem periclitari, ex natura & indole hujusmodi Corporis, mutuaque inter ipsum & Membra sua relatione, manifestum est: ita facile intelligitur, nullum Imperii Membrum, quod propriae salutis cura tangitur, salutem totius Imperii, salva salute sua, negligere, atque adeo auxilia sua, ad commune periculum propulsandum, Imperio, sine proprio periculo, denegare posse. Unde porro consequitur, hostem totius Imperii hostem etiam singulorum Membrorum merito existimandum; atque adeo

fin.

(c) *Triplici potissimum nexu niti unio Statuum Imp. cum Imperatore & Imperio videtur; nexu feudali, & nexu sociali. Atque adeo triplici etiam juris vinculo ad communem Imperii salutem promovendam Status Imp. obstringuntur, v. PRAES. Intr. ad J. Publ. l. c. §. 23. sqq.* Nexus *subjectionis*, cujus ex pristino statu Monarchico supersunt reliquiae, licet meri subditi hodie Status Imp. non sint, ad obsequium, Imperatori & Imperio, bellum adversus hostem Imperii decernentibus, atque neutras sequi partes vetantibus, praestandum, utique obligat. Nexus *feudalis* ad fidelitatem & auxilia Imperatori & Imperio in bello Imperii exhibenda eosdem adstringit. Denique nexus quidem *socialis* qui in communibus Imperii negotiis expediendis, in Comitibus & Circulis Imp. maxime conspicuus est, accedere, atque peculiarem quandam Statuum non solum inter se, tanquam Membra unius Corporis, sed etiam cum Capite, Imperatore, consociationem, ad communem salutem promovendam, producere videtur.

ingulis Imperii Membris incumbere, unitis viribus Imperium aduersus communem hostem defendere, ac intentatam Imperio vim, invasionemque provinciarum aut locorum, ad Imperium pertinentium, conjunctis consiliis & auxiliis, propulsare (d). Hæc omnia vero cum negligat, qui neutras in bello Imperii partes amplectitur, adeoque hactenus a corpore Imperii sese diuellit, Status; an hic pro fideli Imperii Membro, cui salus Imperii cordi sit, reputandus erit?

§. XV.
Non parum roboris huic obligationi accedit per

(d) Präcipiunt idem expressis verbis Leges Imperii R. I. de A. 1512. §. 5. ibi: Und ob jemand, wer der, oder die wäzen, außserhalb des Reichs, niemandes ausgenommen, der oder die Uns, das Heilig Reich, oder die Glieder desselben, die demselben anhängig und gehorsam seynd, an ihren Ehren, Freyheiten, Rechten, oder Gerechtigkeiten, mit Gewalt, wider Recht zu vergelten, gewaltigen, oder zu verdrucken, Theilung im Heiligen Reich zu machen, oder Ihnen zu Vortheil, dem Heiligen Reich entziehen, oder abzubrechen unterstehen, und solches offentlich am Tage liegen, oder sonst beweislich seyn wird, vor Uns und den Ständen des Reichs, so deshalben zusammen, wie hernach folget, kommen sollen. Und um dasselbe sollen wir, auch Churfürsten, Fürsten, und andere Stände, an ein gelegen Wahlstatt im Reich zusammen kommen, nicht zu erkennen, ob man einigen Hülffe zuzuhelfen wäre, sondern allein zu rathschlagen, und zu beschließen, wie und welchermaße die Hülffe geschehen, und wie groß, zu Ross und Fuß die seyn soll. Adeoque Leges Imp. de quaestione, an Imperio aduersus hostilem vim succurrendum sit, nequidem opus esse consultatione, censent, quod hanc obligationem ipso jure Membris Imp. incumbere, præponant.

per *homagium*, quod vel cum *Vasallagio* simul, vel citra hoc seorsim, Imperatori & Imperio Status solenni ritu praestiterunt (a); dum hoc pacto sacramenti religione ad fidem & obsequium Imperatori & Imperio, ita, uti par est, exhibendum, adeoque commoda utriusque pro virili sua promovenda, damna vero avertenda, sese obstrinxerunt (b). Cujus

(a) Jurant enim, daß sie Kayserl. Majestät und allen derselben Nachkommen am Röm. Reich, Röm. Kaysern, und dem Heil. Reich getreu, hold, gehorsam und gewärtig, auch nimmermehr wissentlich in dem Rath seyn sollen noch wollen, da etwas wieder Sr. Kayserl. Majestät Person, Ehre, Würde, oder Stand gehandelt oder sürgenommen wird, noch darein willigen oder gehelen, in einige Wege, sondern Sr. Kayserl. Majestät Person, Ehre, Würde, Nutzen und Frommen betrachten und befördern, nach allen ihren Vermögen, und ob Sr. Churfürstl. Durchl. (S. Fürstl. Gn.) indes verständen, daß etwas sürgenommen oder gehandelt würde wider Sr. Kayserl. Maj. Person, oder das Heil. Reich, dem sollen und wollen Sr. Churfürstl. Durchl. (Ihr. Fürstl. Gn.) getreulich vorseyn, und Sr. Kayserl. Majest. dessen ohne Verzug warnen, und sonst alles das thun, daß sich einem gehorsamen Churfürsten (gehorsamsten Fürsten des Reichs) und getreuen Lehmann, gegen Sr. Kayserl. Maj. und dem Heil. Reich zuthun gebühret von Recht und Verwohnheits wegen, ut habent formulæ Juramentorum fidelitatis Electorum Eccles. & Secul. itemque Principum Imp. quæ extant in STRYKII Exam. J. Feud. Append. n. XIV. & seqq. Add. HORN. J. Publ. Cap. XLIX. §. 3.

(b) Quamvis enim promissi etiam simplicis fidem si quis sefellerit, Deum vindicem habeat; sanctius tamen fidem servat, qui se Numini etiam devovit, atque illud in restem conscientia: & factorum suorum adscribit: tantoque peccat gravius, qui ultorem Deum propius in se ipse invo-

ius fidei juratæ haud dubie memores erunt Status Imp. qui conscientiæ ac religionis sensu tanguntur, atque adeo operam dabunt, ne, deferendo partes Imperatoris & Imperii, atque neutras sequendo, violatæ fidei jure argui possint.

§. XVI.

Sed forte nec deerunt, quæ sententiæ de Neutralitate Statuum Imp. propugnatae ohmoveri possint. Primum obstat videtur insignis, qua Status Imp. polent, *Libertas* atque *Potestas*: dum Imperantes quoque sunt, &, inter alia Libertatis jura, jure *fœderum* etiam gaudent. Hinc enim forte colligas licet, quod, uti fœdera libere inter se & cum exteris pangunt Status Imp. ita & Neutralitatis fœdera cum iisdem pangere posse videantur (a). At enim vero Libertas Statuum ac Potestas, quantacunque etiam sit, non tamen infinita est, sed limitibus quibusdam, non minus ac Im-

D pera-

carit; ut bene & sapienter monet L. B. de LYNCKER in *Diff. de Religione obsequi* §. 1.

(a) *Digitum quoque ad hoc dubium intendit VITRIARIVS in Inst. J. Publ. l. c. §. 141. ubi scribit: Quomodum Status Imp. Fœdera liberrime inter se, & cum exteris inire possint, sine consensu Imperatoris: ut etiam neutrarum partium pro lubitu, vel esse vel non esse possunt. Sed statim addit limitationem; Quomodo neutralitas non tendat vel contra Imperatorem, quæ liberos vel Imperium.*

peratoris Summa Potestas atque Libertas, ex Legibus Imperii, circumscripta est. Quemadmodum autem Libertas foederum, Statibus concessa, ita restricta est, ut contra Imperatorem & Imperium iniri nequeant, nec nisi salvo per omnia juramento, quo quisque Imperatori & Imperio obstrictus est (b): ita Libertas neutras eligendi partes intra eosdem cancellos haud dubie sese continere debet. Neutralitatem vero Statuum in bello Imperii & in praedictum Imperatoris ac Imperii vergere, hujusque saluti maxime adversam esse, nec cum juramento, quo Imperatori & Imperio obstricti sunt Status, consistere posse, in praecedentibus, ni fallor, satis demonstratum est.

§. XVII.

Sed forte & hoc dubium alicui in mentem venire possit; an, si bellum Imperii, sine suo suffragio atque consensu, decretum sit, ipse arma cum Imperatore ac ceteris Imperii Statibus sociare nihilominus teneatur? quod Decreta Imperii per mo-

(b) Ita expresse cautum in *J. P. W. Art. VIII. §. 2. f. ibi: Cumprimis vero jus faciendi inter se & cum exteris foedera, pro sua cujusque conservatione ac securitate, singulis Statibus liberum esto: ita tamen, ne ejusmodi foedera sint contra Imperatorem & Imperium, pacemque ejus publicam, vel hanc inprimis transactionem, fiantque salvo per omnia juramento, quo quisque Imperatori & Imperio obstrictus est.*

modum *pacti* fiant, *pacta* vero neminem, nisi qui consensit, obligent. Verum enim vero, qui rerum ad statum Imp. publicum pertinentium probe gnarus est, hujusmodi dubium non facile movebit. Constat enim inter omnes, licet Decreta Imperii inter Imperatorem & Corpus Statuum per modum *pacti* fiant, in singulis tamen Statuum Collegiis, in Comitibus universalibus, regulariter Conclufa e majori suffragiorum parte, si nonnulla dissentiant, formari (a). Et licet nonnulla Imperii negotia ab hac regula in Legibus Imp. sint excepta (b), tamen exceptio hujusmodi firmat regulam in casibus non exceptis. Saltem bellum Imperii nullibi est exceptum: Imo, quantum ad hoc, regula majoris partis expressa lege firmata est; ita, ut bellum, a majori Statuum parte cum Imperatore decretum, ad auxilia belli conferenda omnes & singulos obliget. (c).

D 2

§.XVIII.

(a) Conf. SCHWEDERI Disp. de *Casib. a jure maj. partis in Comit. S. R. G. I. exceptis*, §. 5. & Dn. E. A. ab OSTERHAVSEN de *jure Singul. a maj. suffrag. comit. parte excepto Sect. I. §. 8. & seqq. & Sect. II. §. 13. 14.*

(b) v. *J. P. W. Art. V. §. 52.*

(c) v. *R. l. d. A. 1512. §. 7. ibi*: Ob aber einer oder mehr ausbleiben, und nicht erscheinen, oder, wie obstehet, ihre Botschafften nicht schicken würden, das doch keinesweges seyn soll, so sollen die andern, so erscheinen werden, nicht des stoninder in Sachen, darum sie erfordert seyn, sürgehen.

imp. huiusmodi §. 18. XVIII.

Sed maioris forte momenti dubium videri possit, si *causa belli*, de quo quæritur, Imperium haud stringat; eo quod tale nec Membra Imperii stringere videatur. Verum huiusmodi dubium in consultationibus, quidem de bello *offensivo*, Regi aut Principi alieni inferendo, institutis, Statum Imp. fortassis ad suffragium negativum ferendum permovere posset. At vero si de bello *defensivo* agatur, adversus invasorem Imperii, qui scilicet terras ac propugnacula Imperii hostili jam manu occupare cœpit, decernendo, & quidem ex causa ad Imperium plane non pertinente: tantum abest, ut hæc sufficiens futura sit causa declinandæ bellum Imperii, ut potius eo fortius adstringere debeat Status ad arma adversus communem ejusmodi Imperii hostem capienda; quod eo iniustius bellum, Imperio ab eodem illatum, eo iustius vero bellum defensivum adversus invasorem talem decernendum, sit censendum, quo minus causa belli Imperium tangit. Sane vix iustior belli causa Imperio esse poterit, quam si hostis terras Imperii, sive ad Germaniæ, sive ad Italiæ Regnum

Und was dieselben so erschienen seynd, oder der mehrer Theil aus Ihnen, auf die Pflicht verhalten aufgericht, obberührter Massen, endlich berathschlaget und beschloßen werden, dem soll von allen Ständen gefolgt, nachkommen und vollstreckt werden, ohn alle Wiederrede und Weigerung.

Regnum pertinentes, ex causa ad Imperium haud spectante, invadat. Quodsi vero bellum ab Imperatore & Imperio adversus hostem, ex tali causa terras Imperii invadentem, jam decretum fuerit, ne quidem fas erit amplius dubitare, utrum arma cum Imperatore & Statibus reliquis socianda sint, ex rationibus supra latius expositis.

§. XIX.

Denique maximi momenti ratio a bello Imperii abstinendi existimari poterit *proprie Salutis atque conservationis necessitas*. Quodsi enim tota hostilis exercitus vis in Status finitimi terras ingruat, atque omnimodam earum devastationem ac ruinam minetur, si resistat, vel ipse jam ad eas angustias redactus sit, ut neque hostium vim sustinere, neque opem Imperio ferre, neque adeo suae salutis aliter, quam per neutralitatem electam, consulere queat: ipsa necessitatis lege permissum viderur, ad sacram hanc Neutralitatis anchoram confugere (a). Idque eo magis, quod in tali necessitatis casu, ubi nullum ab Imperio auxilium sperari, neque adeo terram suam ab interitu aliter servare queat Status Imp. etiam in

D 3

Prote-

(a) Latius hoc argumentum ex Juris Publici universalis principis edisserere satagit FRANCKENSTEIN in Diss. laud. de his, qui Neutras in bello partes sequuntur. Ib. VII

protectionem peregrino, imo ipsi hosti, sese dare, haud illicitum censeatur (b). Eadem forte ratio fuerit, si quis Status Imp. vel *domesticis turbis*, vel *externo bello*, implicitus sit, atque adeo ad imminens aliunde periculum avertendum, terrasque suas adversus externum hostem defendendas, milite suo ipse indigeat (c).

§. XX.

Equidem illis Statibus, qui ob regiones, ho-
stili-

(b) v. VITRIAR. *Inst. J. Publ. l. c. §. 150.* ubi sequentes pro hujusmodi facto defendendo rationes adducit: *Ex eadem generalitate juris*, inquit, *quod Principes habent federa faciendi*, nos suere putamus, *quod Principes Imperii in protectionem peregrini Principis se dare possint*, etiam ignorante & non consentiente Imperatore. Alii hoc ipsis concedunt, quia, cum honesta sit omnis ratio expedienda salutis, & casus necessitatis de non licito faciat licitum, ideo Status Imperii, Imperatore absente, aut si aliis bellis irretitus, vel alias decentus aut impeditus esset, quo minus auxilium ferret, sese possint in protectionem peregrino dare. Vbi PFEFFINGERVS sublit. (a) notat; *Tempore moderni* (bellum Gallicum indigitat, per pacem Rylvicensem finitum) belli, Wilhelmum Egonem, Cardinalem Furstenbergium, Praesulem Argentoratensem; Leopoldum Ludovicum C. P. R. Veldentinum, Christianum C. P. R. Bircosfeldensem, Comites Hanoviae, Barones Fleckensteinios, aliosque Status Imperii, Protectioni Galliarum Regis se commendasse, res nota est.

(c) Quibus ex causis & FOLONIARVM REX SAXONIAE-QUE ELECTOR, in bello Imperii successionis Hispanicae causa enato, in comitiis Imp. per litteras sese excusavit, quod ita impeditus, nec toto exercitu suo, nec debito saltem militum numero, Imperatori & Imperio adfistere possit v. Staats-Canzley T. XX. p. 759. Similes allegavit causas DVX

filibus invasionibus & oppressionibus exhaustas, oneribus Imperii sustinendis, atque opi Imperio ferendæ, impares sunt, venia aut immunitas merito indulgetur. Quod ad illos vero, qui, ob propriæ conservationis necessitatem, vel militem debitum Imperio non sistunt, vel plane neutralitatis, aut protectionis fœdus cum hoste ineunt, difficilior est inspectio. Certe non esse fingendum necessitatis casum, nec obtendendum, quamdiu auxilium ab Imperatore. & Imperio sperari potest, ipsa sana ratio negotiique natura docet. Nec solum periculum imminens, ad declinandam belli societatem, sufficiens esse videtur: quippe quod, si conjunctis viribus hosti fortiter obviam eatur, etiam averti potest. Quod si autem vera necessitas aut impotentia Statum aliquem Imperii impediatur, quo minus officio satisfacere, armaque cum Imperatore ceterisque Statibus conjungere queat: Causæ hujusmodi ante omnia Imperatori & Imperio exponendæ atque probandæ erunt, ut *Consensum* utriusque obtineat. Quod eo magis necessaria-

MEGAPOLITANVS, cum legionem suam ab exercitu Imperii domum revocasset, ob infestas scilicet belligerantium Septentrionalium copiis regiones suas v. *St. Canç. T. XXI. p. 598.* Sic & REX SVECIE CAROLVS XII. in Transactione Ransstadensi cum Imperatore IOSEPHO inter alia quoque stipulatus est, ne fraudi sit, quod ad exercitum Imperii Copias, ratione provinciarum suarum Germanicarum debitas, durante bello Polonico, non misisset, ut observat MASCOV. in *Disp. laud. S. 28.*

cessarium, si decreto Imperii omnis Neutralitas, sub quocunque impedimenti aut necessitatis obtentu affectanda, sit prohibita (a): cum eo ipso ne casus quidem necessitatis exceptus sit (b). *Consensu* autem Imperatoris & Imperii facultatem neutras sequendi partes, vel immunitatem a bellicis oneribus impetrari posse, non est dubitandum (c). Faxit DEus, ut omnia Imperii Membra ita inter se & cum Augustissimo Capite suo vires uniant, omnesque nervos intendant, quo Pax firma & stabilis tandem obtineatur!

(a) Quod expresse factum non solum in *Recessu Imp. de A. 1641. §. Also so sehen, verb: aus was für Ursachen, Ehehaften und Noth dasselbe auch seyn möchte. v. supra §. XIII. not.*

(2) sed etiam in Decreto Imp. novissimo m. Febr. A. 1734.

(b) Idem etiam recte observavit TEXTOR l. c. ubi scribit: *Et est sane non tantum expressa hujus rei dispositio in R. I. d. A. 1641. §. Also sehen, sed et ratio satis clara, quia qui per Leges publicas, & forte vi juramenti obstringitur ad assistendum alteri belligerantium, non potest eo invito hanc obligationem per pactum neutralitatis tollere, quo quidem argumento utitur idem ille Recessus l. d. A. 1641. §. Und demnach, additque n. 7. hunc textum ne casum quidem necessitatis exceptum a regula prohibita neutralitatis concedere.*

(c) Elucet hoc ex R. I. d. A. 1642. §. 86. ubi certis Electorum & Principum viduis Neutralitas concessa esse, dicitur. Idem suo tempore diversarum Civitatum Imperii, nominatim Reip. Argentoratensis & Spirensis, quæ illud jus consensu Imperatoris obtinuerint, docuisse, TEXTOR in *Synopsi Jur. Gem. Cap. XXXVI. n. 5.* refert.

FINIS.

S. D. G.

Jena, Diss., 1734-35


ULB Halle

3

005 360 781







B.I.G.

Farbkarte #13

Pub. 77. num. 7. P. 2. 14.
17357a

DISSERTATIO INAUGVRALIS
DE

NEVTRALITATE STATVVM IMP. R. G. IN BELLO IMPERII

ILLICITA.
QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

P. 126
DOMINO
GVILIELMO HENRICO

DVCE SAXONIE IVLIACI CLIVIE MONTIVM ANGAR. ET
WESTPHAL. COMITE SAYNE ET WITGENST. RELIQVA.
PRAESIDE

DIETERICO HERMANNO
KEMMERICHIO, Icto,

SERENISS. SAX. DVCVVM STIRP. ERN. CONSILIAR. AVLICO CODICIS
ET NOV. PROF. P. CVRIÆ PROVINC. SAX. FACVLT. IVRID.
ET SCABIN. ASSESSORE, H. T. DECANO,

PATRONO ET PRAECEPTORE SVO
OBSERVANTISSIME COLENDO.

PRO LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
AC PRIVILEGIA DOCTORVM RITE CONSEQVENDI,
AD DIEM VIII. JANVAR. A. M DCC XXXV.
PVBLICO EXAMINI SVBMITTIT

JOHANNES ADOLPH. WILHELMVS
A GOHREN,
IENENSIS.

KONFRIED
UNIVERS.
ZVHALIE

— 103 — JENAE, LITTERIS MVLLERIANIS. — 104 —